Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

cū uuanuto · Quia nō nouī hominē · Et post pusillū
accesserunt qui astabant: et dixerunt petro · Vere et tu
ex illis es: nam et loquela tua manifestum te facit
Tunc cepit detestari et iurare quia nō nouisset hominē.
Et continuo gallus cantauit · Et recordatus est petrus
verbi ihu quod dixerat · priusq; gallus cantet ter me ne
gabis: et egressus foras flevit amare · Mane autē facto
consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores pli
adūsus ihu ut eum morti traderent: et uinctū adduxerūt
eum: et tradiderunt pontio pylato presidi · Tunc videns
iudas qui eum tradidit quod damnatus esset · Penitentia
ductus retulit triginta argenteos principibus sacer-
dotum et seniorib⁹ dicens · Peccauī tradens sanguinem
iustū · At illi dixerunt · Quid ad nos tu videris · Et pro
iectis argenteis in templo secessit: et abiens laqueo se
suspendit · Principes autē sacerdotū acceptis argenteis
dixerunt · Non licet iniicere eos in corbonā · quia pretium
sanguinis est · Consilio autē mutato: emerunt ex illis
agrum figuli in sepulturam peregrinorū · Propter hoc vo-
catus est ager ille achaldemach · hoc est ager sanguinis
usq; in hodiernum diem · Tunc impletū est qd dictū est
per hieremiam prophetam dicentē · Et acceperunt triginta argen-
teos · pretium apprciati quem appreciauerunt a filijs isra-
hel · et dederunt eos in agrum figuli: sicut constituit mi
hi dominus · Ihc autē stetit ante presidem · Et interrogauit eum
preses dicens · Tū es rex iudeorū · Dixit illi ihc · Tu dicis ·
Et cum accusaretur a principib⁹ sacerdotum et seniorib⁹
nihil respondit · Dixit illi pylatus · Non audis quanta
adūsum te dicunt testimonia · Et nō respondit ei ad ullū